

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Curiositas am
cum fonte primo

Mus sillaba est; mus autem caseum rodit;
sillaba ergo caseum rodit.

Quod michi ex ista sententia periculum imminet?
Quod incomodum?

Aut forte acutior est ista collectio:

Mus sillaba est; sillaba autem caseum non rodit;
mus ergo caseum non rodit.

O pueriles inepcias! In hoc supercilia subduximus;
in hoc barbam demisimus.

Hoc est quod tristes docemus et pallidi.

'Mus sillaba est; mus autem caseum rodit;
sillaba ergo caseum rodit.'

Puta nunc me istuc non posse solvere:
quod mihi ex ista inscientia periculum imminet?
quod incommodum?

Sine dubio verendum est
ne quando in muscipulo syllabas capiam,
aut ne quando, si neglegentior fuero,
caseum liber comedat.

Nisi forte illa acutior est collectio:

'mus sillaba est; sillaba autem caseum non rodit;
mus ergo caseum non rodit.'

O pueriles ineptias! in hoc supercilia subduximus?
in hoc barbam demisimus?

hoc est quod tristes docemus et pallidi?

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae
morales*, 48.6-7 (L. Reynolds ed., vol.1, p.125,
ll.18-27).

Si multum esset etatis,
parce dispensandum erat ut sufficeret necessariis;
nunc que demencia est superuacua discere
in tanta temporis egestate.

Etiam si multum superesset aetatis,
parce dispensandum erat ut sufficeret necessariis:
nunc quae demencia est supervacua discere
in tanta temporis egestate!

Seneca XLIX. epistola.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae
morales*, 48.12 (L. Reynolds ed., vol.1, p.127,
ll.10-12).